Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

intellegerent filium dauid . exeo quod intus intellegebant intellegere est
dnm . dauid mutauit ergo uultum suum coram abimelech . quid ē coram
abimelech coram regno patris . Quid ē coram regno patris coram iudaeis .
& dimisit eum & abiit . quem dimisit ipsum populum iudaeorum dimisit
& abiit . Quaeris modo xpm apud iudaeos & non inuenis . Unde dimisit
& abiit . quia mutauit uultum suum . herentes enim illi sacrificio
secundum aaron . non tenuerunt sacrificium secundum ordinem mel
chisedech . & amiserunt xpm & coeperunt eum habere gentes quo non
miserat antepraecones . Nam ad illos praecones miserat ipsum dauid
abraham . isaac iacob esaiam hieremiam & ceteros prophetas misit .
Et pauci in de cognouerunt & ipsi pauci in comparatione pereuntium .
Nam mutauerunt . milia enim legimus fuisse scriptum ē reliquiae saluae
fiant . sed quaeres modo circumcisos xpianos & non inuenis . Erat
autem de circumcisione recentibus temporibus fidei multa milia circumcisorum .
Quaeris modo & non inuenis . mertto non inuenis . mutauit enim uultum suum
coram abimelech & dimisit eum & abiit & coram acchis mutauit uultum suum
& dimisit eum & abiit . Ideo enim mutata sunt nomina ut admisteri sig
nificationem nos excitare & mutatio nominum . Nepotaremus nominar
ueri . aut commemoraeri in scripturis psalmorum . Nisi quod in libris
regnorum gestum inuenitur . & non ibi quaereremus figuras futurorum
sed tamquam res gestas acciperimus . Cum ergo nomina mutantur quid
tibi dicitur clausum ē . hi aliquid pulsa noli hesitare in latere . qualitte
r occidit sed de sidere spm . spe enim uiuificat intellectus spiritalis credentē
saluum facit . Quomodo ergo demisit acchis regem . adtendite fratres acchis
dixi interpretari quomodo ē . recordamini euangelium quando loque
batur dns nobis xps . de corpore suo ait . Nisi quis manducauerit car
nem meam & sanguinem meum . non habebit in se uitam aeternam .
Caro enim mea uere est caeste & sanguis meus uere potus ē . & discipuli eius
qui eum sequebantur expauerunt & exorruerunt . sermonem non intelle
gentes putauerunt nescio quod durum dicere dnm non in xpm . quod carnē
eius quam uidebant manducaturi erant & sanguinem bibituri & non po
tuerunt tollere quasi dicentes quomodo ē . Error enim & ignorantia
& stultitia in persona regis acchis . Ubi enim dicitur quomodo est .
non intellegitur . Ubi non intellegitur tenebrae ignorantiae sunt .
Cui ergo in illis regnum ignorantiae quasi rex acchis id ē regnum erroris